BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 172v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uir fortis et diues, sed leprosus. Porro
de syria egressi fuerant latrunculi et
captiuam duxerant de terra israel puel
lam paruulam, que erat in obsequio
uxoris naaman. Que ait ad domi
nam suam. Utinam fuisset dominus
meus ad prophetam qui est in samaria.
profecto curasset eum a lepra sua quam
habet. Ingressus est itaque naaman ad dominum
suum, et locutus est ei dicens. Sic et
sic locuta est puella de terra israhel.
Dixitque ei rex syrie. Uade et mittam
litteras ad regem israel. Qui cum profectus
esset et tulisset secum x talenta argen
ti et sex milia aureos et x mutato
ria uestimentorum detulit litteras ad
regem israel in hec uerba. Cum acceperis
epistolam hanc, scito quod miserim ad
te naaman seruum meum ut cures
eum a lepra sua. Cumque legisset lit
teras rex israel, scidit uestimenta sua.
et ait. Numquid deus ego sum ut occi
dere possim et uiuificare, quia iste
misit ad me ut curem hominem
a lepra sua? Animaduertite et uidete
quod occasiones querat aduersum me. Quod
cum audisset helyseus uir dei scis
disse uidelicet regem israel uestimenta
sua, misit ad eum dicens. Quare
scidisti uestimenta tua? Ueniat
ad me et sciat esse prophetam in israel.
Uenit ergo naaman cum equis et
curribus et stetit ad ostium domus
helysei. Misitque ad eum helyseus
nuntium dicens. Uade et lauare sep
ties in iordane, et recipiet sanita
tem caro tua atque mundaberis. Ira
tusque naaman recedebat dicens.
Putabam quod egrederetur ad me et
stans inuocaret nomen domini dei
sui et tangeret manu sua locum le
pre et curaret me. Numquid non me
liores sunt albana et pharphar
fluuii damasci omnibus aquis israel
ut lauer in eis et munder? Cum ergo
uertisset se et abiret indignans, ac
cesserunt ad eum serui sui et locuti sunt
ei. Pater, et si rem grandem dixisset tibi
propheta, certe facere debueras. Quanto
magis nunc dixit tibi, lauare et
mundaberis? Descendit et lauit sep
ties in iordane iuxta sermonem ui
ri dei, et restituta est caro eius sicut
caro pueri paruuli, et mundatus est. Re
uersusque ad uirum dei cum uniuerso
comitatu suo, uenit et stetit coram eo
et ait. Uere scio quia non sit deus in
uniuersa terra nisi tantum deus israel. Obse
cro itaque ut accipias benedictionem
a seruo tuo. At ille respondit. Uiuit
dominus ante quem sto, quia non
accipiam. Cumque uim faceret, peni
tus non acquieuit. Dixitque naa
man. Ut uis. Sed obsecro concede mihi
seruo tuo ut tollam onus duorum burdonum
de terra. Non enim faciet ser
uus tuus ultra holocaustum aut
uictimam diis alienis nisi domino. Hoc
autem solum est de quo depreceris dominum
pro seruo tuo: quando ingredietur dominus meus
templum remmon ut adoret, et illo
innitente super manum meam, si adora
uero in templo remmon adorante eo in
eodem loco, ut ignoscat mihi dominus
seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei. Ua
de in pace. Abiit ergo ab eo electo terre
tempore. Dixitque iezi puer uiri dei. Pe
percit dominus meus naaman sy
ro isti ut non acciperet ab eo que at
tulit. Uiuit dominus quia curram
post eum et accipiam ab eo aliquid.
Et secutus est iezi post tergum naaman.
Quem cum uidisset ille currentem
ad se, desiluit de curru in occursum
eius et ait. Recte ne sunt omnia? Et
ille ait. Recte. Dominus meus misit
me dicens. Modo uenerunt ad me
duo adolescentes de monte ephraym
ex filiis prophetarum. Da eis talentum
argenti et uestes mutatorias du
plices. Dixitque naaman. Melius
est ut accipias duo talenta. Et coe